



DOMINGO XXVI POST PENTECOSTES

Epístola Col. 3. 12-17

INDÚITE vos sicut elécti Dei, sancti, et dilécti, víscera misericórdiae, benignitátem, humilitátem, modéstiam, patiéntiam: supportantes ínvicem, et donántes vobismetípsis, si quid advérsus áliquem habet querélam: sicut et Dóminus donávit vobis, ita et vos. Super ómnia autem haec, caritátem habéte, quod est vínculum perfectiónis: et pax Christi exsúltet in córdibus vestris, in qua et vocáti estis in uno córpore: et grati estóte. Verbum Christi hábitet in vobis abundánter, in omni sapiéntia, docéntes, et commonéntes vosmetípsos psalmis, hymnis, et cánticis spirituálibus, in grátia cantántes in córdibus vestris Deo. Omne, quodcúmque fácitis in verbo, aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jesu Christi, grátias agéntes Deo, et Patri per Jesum Christum Dóminum nostrum.

Hermanos: Como escogidos que sois de Dios, santos y amados, revestíos de entrañas de misericordia, de benignidad, humildad, modestia, paciencia: sufríos unos a otros y perdonaos mutuamente, si alguno tiene queja contra otro. Así como el Señor os ha perdonado, así también hacedlo vosotros. Mas, sobre todo esto, tened caridad, que es el vínculo de perfecta perfección. Y triunfe vuestros corazones la paz de Cristo, a la que fuisteis llamados para formar un solo cuerpo. Sed agradecidos. La palabra de Cristo, more en vosotros abundantemente con toda sabiduría; enseñaos y amonestaos unos a otros, con salmos, himnos y cánticos espirituales, y cantad de corazón a Dios dándole gracias. Cualquier cosa que hagáis, sea de palabra o de obra, hacedlo todo en el nombre de nuestro Señor Jesucristo, dando gracias a Dios Padre por medio de Jesucristo Señor nuestro.

GRADUAL Ps. 43. 8-9

LIBERÁSTI nos, Dómine, ex affligéntibus nos: et eos, qui nos odérunt, confudísti.
Ÿ. In Deo laudábimur tota die et in nómine tuo confitébimur in saécula

Nos salvaste, Señor, de nuestros enemigos, humillaste a los que nos aborrecen.
Ÿ. Todos los días nos gloriamos en el Señor, siempre damos gracias a tu nombre.

ALELUYA Ps. 129. 1-2

ALLELÚIA, allelúia.
Ÿ. De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratióem meam. Allelúia.

Aleluya, aleluya.
Ÿ. Desde lo hondo a ti grito, Señor; Señor, escucha mi voz. Aleluya.

+ EVANGELIO +

Mat. 13. 31-35

IN illo témpore: Dixit Jesus turbis parábolam hanc: Simile factum est regnum caelórum hómini, qui seminávit bonum semen in agro suo. Cum autem dormírent hómines, venit inimícus ejus, et superseminávit zizánia in médio trítici, et ábiit. Cum autem crevísset herba, et fructum fecísset, tunc apparuérunt et zizánia. Accedéntes autem servi patrisfamilias, dixérunt ei: Dómine, nonne bonum semen seminásti in agro tuo? Unde ergo habet zizánia? Et ait illis: Inimícus homo hoc fecít. Servi autem dixérunt ei: Vis, imus, et collígimus ea? et ait: Non: en forte colligéntes zizánia, eradicétis simul cum eis et tríticum, Sínite útraque créscere usque ad messem, et in témpore messis dicam messóribus: Collígite primum zizánia, et alligáte ea in fascículos ad comburéndum, tríticum autem congregáte in hórreum meum.

En aquel tiempo dijo Jesús a las turbas esta parábola: Es semejante el reino de los cielos a un hombre que sembró buena simiente en su campo. Y mientras dormían los hombres, vino cierto enemigo suyo y sembró cizaña en medio del trigo Y llegándose los criados del padre, le dijeron: Señor, ¿no sembraste buena simiente en tu campo? Pues ¿Cómo tiene cizaña? Contestóles: Algún enemigo mío ha hecho esto. Replicaron los criados. Replicaron los criados: ¿Quieres que vayamos a recogerla? No, les respondió, no sea que al arrancar la cizaña, arranquéis con ella el trigo, Dejad crecer uno y otra hasta la siega; que al tiempo de siega diré a los segadores: Coged primero la cizaña y atadla en manojos para quemarla; mas el trigo guardadlo en mi granero.